12. Sed an monitus non solum censura ligamen, sed etiam eius denunciationem procedere debet: non fatis constat. V. G. commissarii delictum, cui est annexa censura, poteritne index te declarare, & denunciare censura esse ligatum? Respondeo posse, du mōdō delictum publicum sit, & notorium, neque illius prouinciaris, ut rectè docuit Abbas cap. nos bram. 1. de iure iurando. Nauart. lib. 5. c. 7. folior. cons. 20. de heretic. num. 5. in 2. edit. Suar. disp. 1. de censur. sec. 1. n. 18. Paul. Layman. lib. 1. sum. tradi. & par. 1. cap. 5. num. 6. colliguntur ex cap. de manifera 2. quest. 1. cap. evidentiā de arcu/a. c. bona memoria. 1. de Eloc. ibi, excessus notorius examinatione non indiget. Sed apertius constat conclusio ex cap. reprehensibilis de appellation. ibi. Profecti decreto statutum, ut nec Prelati nisi canonica monitione premissa suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos, nisi forte talis sit culpa, que ipso suo genere suspensionis, vel excommunicationis peccata inducit. Ecce qualiter posset index nulla premissa monitione proferre sententiam, hoc est declaratoriam & denunciatoriam excommunicationis, vel suspensionis: quando scilicet ipso iure excommunicatio, vel suspensionis incursa est. Et ratio videtur manifesta, quia denunciatio non est nouum vinculum, ut censura, ut dicitur cap. 1. 8. verum de appellationib. Ergo non adest causa, ob quam monitio parere requiriatur. Dabit tamen delictum notorium esse vel per sententiam, vel ipso facto, ita ut nulla tergiversatione elaci possit, ut excusationem admittere, alia ea declaratio illicita efficer contra ius natura, iuridicunque ordinem procedendi. Præterea requiritur, quod reus delicti non ponit, nam si absolutionem in censura expostulaverit reus, iurisdictionem obtulerit, non est denunciandus, sed poius absolendum iuxta textum in cap. qua fronte de appellation. cum finis censura obveniens sit, qui est delinquens correctio, & emendatio.

13. Quod tempus attinet nulla censura expedite die feriato proficer; quia plerumque causa cognitionem prærequisit, à qua die feriato abstinendum est iuxta textum in cap. fin. de Feriis. Et ibi Panormit. num. 19. Quod si eo die feratur etiam absque necessitate valida est, ut alii relatis comprobatur Sayrus lib. 1. thesauri casuum, c. 14. num. 7. eo quod ea quæ causa cognitionem non exigunt necessario ad sui valorem die feriato gesta valent Leg. artus Cod. de Feriis. Denunciatio autem censura frequentiter die feriato sic si præcedat causa cognitione die non feriato; quia eo tempore facta in plurimum notitiam deuenire potest, ut notarius Sayrus dicto capite 14. numero 10.

P V N C T V M VI.

In quos censura ferenda est?

1. Ferri debet in hominem baptizatum, viatorem, rationis compotem.
2. Sed an ultra usum rationis requiratur pubertas, variante Doctores.
3. Item debet esse subditus ferentia censuram.
4. An omnes afflentes in diocesi censura à Diocesano lata ligantur, & contraria diocesani extra existentes?
5. Remissio respondetur.
6. Propter diversas causas dupli censura ligari quis potest.
7. Ob eandem causam dupli censura ligari potest, si à diversis iudicibus lata sit, vel causa multiplicetur.

Censura necessaria ferenda est in hominem, baptizatum, viatorem, rationis compotem, & ferenti potestati subjectum

Vt ex communī sententiā tradit Nauart. cap. 27. num. 13. Sūar. 5. de censur. disp. 5. sec. 1. Coninch. dñ. 13. dub. 6. Paul. Layman. lib. 1. sum. tradi. & part. 1. cap. 4. num. 1.

Primo debet esse homo: nam bruta animalia censura capaci non sunt, utpote quæ nec potestati Ecclesiastice subdimitur, nec culpani committere possunt, ob quam censura fertur. Quod si aliquando Ecclesia creaturas irrationalia fidelibus innocentes anathematizat, non est, quia censuram in illos ferat, sed quia illas detestatur, & execratur, sicuti cum quis proprias culpas, & errores anathematizat. Angeli vero censura ligari non possunt, quia subiecti non sunt Ecclesia. Damnati nunquam sunt censendi. Beati culpas expertes sunt.

Secundò debet esse baptizatus, seu fidem in Ecclesia professus non Pagani, Iudei, aut Cathecumens, qui ut inquit Paulus 1. ad Corin. 5. Quid enim miseri de his, qui foris sunt iudicare: non enim Ecclesia potestati subiicitur qui Ecclesiam in gressu non est. Secundò vero dicendum est de Hæreticis, Apóstoli & Schismatis. Qui utpote baptizati Ecclesiæ potestati fugere non possunt, ut decidunt cap. de Iudeis. 4. 5. dñ.

Tertiò debet esse homo viator, nam mortuus censura ligari nequit, ut ex communī docet Nauart. c. 27. num. 13. & cap. 18. num. 32. Couartui. in cap. aim. 1. p. 5. 1. num. 8. Sūar. disp. 5. sec. 1. Aula. 2. p. c. 2. dñ. sp. unica. dub. 8. oncl. 2. Layman. tradi. 5. p. 1. cap. 4. num. 2. & alij communiter. Colligiturque ex illis verbis Christi Matth. 16. Quocunq; ligaueris super terram. Nam ut rectè expedit Gratian. 24. q. 2. Christus Dominus solum concessit Petro potestatem ligandi & solvendi eos, qui sunt super terram ramiq; ipsi tantum Ecclesiæ subiiciuntur. Expliciturque posse in hunc modum: Defectus nec ratione corporis, neque ratione animæ ligati potest: non ratione corporis quia est quid immutatum, incapax subiecti ratione animæ: quia est quid spirituale, & inservit, subiecte nequit. Ecce enim visibili Ecce præterea si in ecclo, aut purgatorio existit non est in statu, quo merita censura afficit, ut pote grata Deo; si vero existat in inferno corrigibilis non est. Ex quo manifeste infertur: si quis mandat clericum occidere, & ante mandati executionem moratur, censuram nullam incurrit, quia tempore quo illam incusus erat incapax existit.

Necque his obstat textus in cap. à nobis le. 2. de sententiā excommunicati. vbi Innocens III. determinat excommunicatum absoluī post mortem posse, redditque rationem, quia Ecclesia potest solvere, & ligare defunctos. Quia ut benē Caffro lib. 1. ut supra hæretic. ponit ea. 20. Couartui. in dñ. 1. Ama. 1. 5. dñ. 1. num. 8. Sūar. disp. 5. sec. 1. num. 11. textis intelligentibus est de absolutione, & ligatione indirecta, non directa, quatenus Ecclesia præcipere potest fidelibus, ne corpus excommunicati, & absque signis penitentia decadentis sepulture faciat traditum, neve sub fragia offerant, vel è contraria signa penitentia deducit, potest Ecclesia fidelibus concedere, ut haec omnia beneficia ostendit impendant. Quod non est absoluere, vel ligare defunctum directe, sed viuis ligare, vel absoluere ab obligatione, quia illis non est censuram, quia defunctus ligatus era.

Quarto debet esse rationis compos, saltem quando casum censura dedit, quia absque culpa, censura capax esse non potest. Autem sui compos efficacem causam censura contrahendit dederit, & tempore quo ligandus erat, in obliterare, vel amittere perputiat incedit, sine dubio ligatur; quia via rationis, liberaque volumina solim requiruntur ad causam censuræ apponendam, non vero ad ipsam censuram contrahendam, ut docuit Sūar. disp. 5. sec. 1. n. 20. Layman lib. 1. sum. tradi. 5. par. 1. cap. 4. n. 3. unde mandans clericum interficere, & tempore interfectionis ebris vel armis existit, non obinde effici censuram mandato annexam. Ab ea tamen censura (si amittere perputia est) absoluī debet: quia non expedit ligatum esse censura quia per eam corrigit non potest, cum ipsa censura, utpote medicina poma ad correctionem dirigatur, ut notarius Sūar. & Layman. loc. alleg. Coninch. dñ. 1. 3. dub. 6. num. 45. & seqq.

5. Sed an ultra usum rationis requiratur pubertas: Non constat inter Doctores. Nam Vgolin. de censur. cap. 17. §. num. 5. affirmat, eo quod ante illam aratem non fatis percipi ordinem iudicarium, neque in iudicio admittit, ad se defendendum, ut agendum iuxta textum in cap. 1. de iudicis in 6. Secundum debet esse censura à iure latre impuberem rationis compotem capacem esse, quia nullo iure eximitur, & cum culpam committere possit, cui censura annectetur, non est cur a censura excludi, supponitque quod textus in cap. 1. & vlt. de sententiā excommunicati. Et tradit Sūar. disp. 5. sec. 1. num. 17. Coninch. dñ. 1. 3. dub. 6. num. 45. Galpar Hurtado tract. de censur. diff. ult. 7. v. 30. Idem videtur dicendum de censura lata per statutum, nisi corerant ex conuetudine constet, quia ad hanc censuram imponendum non est opus impuberem citari, nec in iudicio compare, & responsum predicti Doctores. At si censura sententiā speciali ferenda sit, credo aduersus impuberem ferri posse, tamen id non sit conuenienter. Priori partem mihi persuaderet, quia illa impubes ordinem iudicarium ignorat, de illo inuitu potest, sicuti alii puberes ordinem iudicarium ignorantis instrumentum. Item medio procuratore, & tute respondere in iudicio potest. Secundum

Secundam partem probat mihi vsus, & consuetudo satis recepta, nunquam ferendi censuram directe contra impuberis. Notanter dixi directe, nam indirecte, & consequenter non est dubium, impuberis censura ligari, vt contingit interdicto generali populi, quo impuberis vltum rationis habentes comprehendit.

3. Quoniam debet esse subditus ferentis censuram, alias censura ab ipso lata ligari non poterit: non enim superior suam iurisdictionem, & superioritatem in aliquo quem in sibi subditum exercere valet, vt et manifestum, & colligetur ex cap. a nobis 1. de sententia excommunicati, & cap. am inferior 16. de mandatis & obstatibus, & tradunt omnes. Ex qua doctrina fit Pontificem nullatenus ligari censura posse, quia superiorum in terris non habet. Leges namque ab ipso latae comparatione ipsius vii coetorem non habent, qui ppe nullus submetit praeceptum imponere potest. Extra Ponificem omnes alii fideles rationis vltum habentes ligari censura posunt, saltem comparatione Ponificis, quia Pontifici subiecti sunt. Rex vero, & Imperator ob eorum supremum dignitatem ex monte a iurisdictione Episcopi, ne possit vltia censuta ab ipsis lata ligari, vt dixit Silvestris, verbo excommunicatio num. 10. Stephan. Daula pluribus relatis 2. p. de censur. cap. 4. & p. vn. dub. 4. Episcopi generali juris contumie sententia, vel mandato non ligantur, nisi de illis fiat expeditio menio, iuxta textum in cap. Quia vericulorum de sententia excommunicati. i.e. 6. quod lumen de suspensiōne, & interdicto loquuntur, non de excommunicatione, vt aduerterit Suar. t. disp. 5. f. 4. n. 3. Deinde Concilium provinciale, & generale, & qualibet alia communis ligari potest censuram suspensionis, & interdicti, vltio que non ex parte eu' p'm in omnibus, sed in odiu delinqutienti innocentes suspenduntur, vel interdicuntur. Secus vero in censura excommunicationis vltio grauior, & directe primaria vltia punitualium bonorum ex cap. Romana de sententia excommunicati. in 6. Quocirca ut excommunicatione validē faciat, debet nocentes communis cognoscere, & aduersus illos tandem signatim promulgari, vt docuit Nauarr. dicto cap. 17. n. 1. Aula tu. 6. & alij apud ipsos. Neque his obest, quod confita feratur aduersus quaecumque qui ex hac communitate delinquerit, vel delictum commisit, si non fatisfecerit; quia ex ipso delicto determinatur persona censura liganda.

4. Controversia autem grauis est, an omnes existentes in Diocesi censura in Dioceſano lata ligantur, & è contra, an existentes extra Dioceſin censura fuit Dioceſis afficiantur? Sed hanc difficultatem resolvi tract. 3. de legib. disp. 1. pun. 2. 4. S. 3. 4. & 5. id enim enumerauit qualiter teneantur peregrini legibus, & praeceptis loci quā transirent, qualiterque legantur legibus, & praeceptis sui domitij, pncipique praecepto, & legibus annexis alio posse. Neque occurrit aliquid noui addendum.

5. Supradictum dicendum, an possit quis dupli censura eiudem ratione ligari, dupli inquam ex communicatione, suspensione, vel interdicto? Ratio dubitandi est, quia priuatio non suscipit magis & minus, cum igitur qualibet ex his censuris sit priuatio punitualium bonorum, neque possit vltia censura alia eiudem ratione succedere. Et confirmo, duæ priuationes eiudem numero formæ esse requiri in eodem subiecto. Ergo nec duæ excommunications, nec duæ suspensions, alias effent duæ priuationes formæ eiudem numero, formæ.

Nihilominus communis est sententia proper diuersas causas possit aliquem diuersis censuris eiudem rationis ligari, vlti docuit Siles. excommunicatio 1. n. 10. Sotus in 4. d. 22. art. 2. concl. 3. Couarri. in cap. 1. p. 5. 1. num. 13. Suar. de censur. 1. cap. 1. f. 1. 3. 5. Vgolin. 14. 1. de censur. cap. 15. 5. 3. Molina tral. 3. f. 4. num. 3. cap. 7. Nicolaus Garcia 8. 1. de venit. c. 5. num. 85. Et colligetur ex variis textibus. Nam Clement. 2. de sententia excommunicati excommunicantur qui contra priorem excommunicationem, & denunciationem procedebant, scilicet facti afflendit. Et cap. cum pro cau. de son entia excommunicante declaratur dupli censura immotum esse, qui violentias manus in clericis inicit, & Ecclesiæ immunitatem violauit, duplique absolutione indigere, vel vna vtrunque cauam refiperire, vt notat ibi Abbas, & Doctores communiter. Idem probatur ex cap. offici de sententia excommunicati, & cap. Capitulum ante Crucis se recriptu. Cap. Engelrudam. 3. q. 4. cap. sua curvatura de tude, & alii. Ratio, quia excommunicatione, & quibus alia censura non tam est priuatio, quin vinculum mortale causans priuationem: atqui vinculum morale multiplicari possit, priuatio non multiplicetur, vt manifestè patet in peccatis mortalibus, quorum quodlibet ita priuat hominem gratia, vt etiam aliud quantum ex se est priuare. Quare si directe vltum peccatum remitteretur non conferendo gratiam aliud remedium non esset, sed adhuc homo gratia priuatus maneret, sic in priuatu dicendum est. Fatalem namque priuationem in se non sufficiunt magis & minus, bene tamen in ordine ad cauam, vt patet in supradicto exemplo de peccatis. Et in naturalibus est res manifesta. Cubicularium à me priuati luce potest ex multiplici ratione impediens, tamen si vltia lucis priuatio exfiltrat. Sic homo multipliciter censura eiudem rationis priuati potest bonis Ecclesiæ, tamen si vltia lucis priuationem habeat; quia censura non est formaliter priuatio, sed priuationis cauam.

6. Adde non solum ob diuersas causas, sed etiam ob eandem te posse dupli censura eiudem rationis ligari, si à diuersis iudicibus à iure, vel ab homine iata sit, adhucque respectu cuiuscumque iudicis specialis consummata, & inobedientia, sicut docuit Abbas in cap. grauen. num. 5. de sententia excommunicati. Suar. d. disp. 5. f. 2. num. 1. Nam esto ibi sit eadem cauam materialis, est tamen diuersa causa formalis, scilicet diuersa consummata, & inobedientia. Verum quando ob consummacionem aggravantur censura ab eodem iudice procedente inquam ad denunciationem, & anathema, diuersa censura non ligatur, neque dupli absolutione indiges, vt aduerterit Suar. Sura, n. 8. quamvis ante denunciationem excommunicatione vel erata non esset, quæ post denunciationem restatur et.

Quintino existimo, quotiescumque transgressiones eidem censura multiplicantur, tories censuras multiplicari. Vnde si modò percutias clericum, & deinde alium, dupli, excommunicatione immoraris, qui duplicit censuram, quibus est annexa censura ap- posuitisti, & tradidit Suar. disp. 5. f. 3.

P V N C T V M V I I I .

Quam ob causam censura ferenda est.

1. Pro culpa ferenda est censura.
2. Pro culpa veniali, nec excommunicatione, nec suspensiōne, neque interdictum ferri potest, vt communiter feratur.
3. Aliqui censenti peccatum mortale sufficiere, si interioris consummetur.
4. Verius est requiri exterioris esse coniunctum.
5. Satisfi oppositi fundam.
6. Non solum debet esse peccatum mortale externum, sed specialiter ab Ecclesiæ tributum.
7. Quinimum debet esse prohibitum sub comminatione sensuram incurrienda.
8. Non possit ferri pro peccato praterito in eius punitionem.
9. Proponuntur obiectiones, & solvantur.
10. Peccatum ob quod censura contrahitur debet esse comple- sum secundum proprietatem verorum.
11. Aliquis plater censuram impossum contra facientes, seu communites delictum comprehendere mandantem, & conscientem.
12. Verius est oppositum.
13. Temperatur ob ira, ne procedat, cum lex inutilis red- deretur.
14. Satisfi oppositi fundam.
15. Qualiter revocato mandato, vel consilio incurvas censu- ram contra mandantem, vel conscientem impositam.
16. Delinquens aduersus praeceptum sub censura impositum, non duplex peccatum, sed unum, iam unum committit.

1. Omnes conueniunt censuram infligi non posse nisi pro culpa; quia est pena medicinalis, quæ necessario supponit culpam corridentam. Est tamen notandum dicendum inter excommunicationem, suspensiōnem, & interdictum, quod excommunicatione, quia est grauissima pena, nemini alteri à delinqüente infingitur. Secus vero est in suspensiōne, & interdicto, quæ ultra nocentes innocentis ligantur, vt circu' nocentes resipiscant, videntes sua censura innocentis grauata, sicut notauit Couarri. cap. alma mater. 1. p. 9. n. m. 3. Deinde haec culpa debet esse censura proportionata, alias committeretur iniustitia, vt colligetur ex cap. 1. f. 2. tets. De fons, m. 6. ibi: index penam meritorum ex culpa.

2. Doubtant tamen Doctores; an ob culpam veniale censura inferri possit? Et breuer respondet, neque excommunicationem maiorem, nec suspensiōnem, aut interdictum prout communiter feruntur ob culpam veniale iniungi possit; quia sunt penae grauissime, ac proxima culpa leui improportionata, vt tradidit ex omnium sententia Coninch. disp. 1. 1. dub. 8. concl. 2. Suar. ibi 1. sum. art. 5. cap. 4. num. 5. Paul Layman. lib. 1. sum. art. 5. cap. 5. Vazq. 2. dub. 1. 8. cap. 5. Gafra Hurtado tract. de censuris disp. 10. num. 43. & de excommunicatione maior. Et idem ferme est de aliis censuris, colligunt aperte ex Trident. fess. 2. 5. cap. 3. de reformat. Et ex cap. Nemo Epis. ororum. Cap. nullus sacerdos. 11. que. f. 3. & tradit ultra superius relat. Nauarr. cap. 27. num. 9. Couarri. cap. alma mater. 1. p. 9. Aula 2. p. 20. confr. cap. 5. disp. 1. dub. 2. Et licet in aliquibus textibus videatur ob cauam leuem excommunicatione ferri, vt in cap. 1. que. 23. disp. & aliis non est reputanda illa cauam leuis abolitur, nam vt recte explicat Coninch. disp. 13. dub. 8. concl. 2. cauam que per se spectata leuis est sepè ex circumstantia graue redditur. Ex quo fit manifestè quietes, ex ignorantia, vel] inaduentia, vel alia de cauam excusat qui à grauitate culpe, cui excommunicatione, suspensiōne, vel interdictum annexa sunt, excusat illis, incurriendis, vt bene aduerterit Layman. d. cap. 4. num. 1.

Notanter dixi excommunicationem maiorem, suspensiōnem & interdictum prout frequenter feruntur, non posse ob veniale peccatum.

peccatum iniungi; quia excommunicationem minorem latam à iure conuenient ferè omnes doctores; ut disputat sequenti videtur;

ob peccatum veniale incurrisque esto videatur maximis bonis priuare feliciter sacramentorum receptione; at facilius negoio tolli potest; cum quilibet sacerdos facultatem habeat ab ea absoluendi. Et idem est de hac excommunicatione minori, si ab homine generaliter iniungatur nec refutetur. At dari potest aliqui tamen, aliquidque interdictum personale purum à iudice generali latum nec refutatum minoribus commodis spiritualibus priuatis, quam excommunicatione minori, & aquæ facile absoluendum. Ergo potest ob culpam veniale iniungi, si cum late explicat Gaspar Hurtado de censuris difficult. 10. numer. 44.

& seqq.

3. Sed ad hoc peccatum mortale sufficiat, esse interior consummatus, ut censura ligata possit; discordant doctores. Nam Glosa Clement. 1. de Hereticis. & alij quoas accurate recentent Sanch. lib. 1. in de his cap. 8. numer. 2. Farmacis de hereticis. quæp. 192. §. Bartol. 2. p. 201. Epif. alegans. 40. à numer. 6. affirmant, quia Ecclesia haber jurisdictionem in actus meritis interioribus, cum eius potestis sit spiritualis. Ergo potest actus meritis interioribus puniri. Ancedens variis exemplis declaratur. Primo dispensat, ita tamenque vobis pure mentale. Secundo absolut à peccatis interioribus consummatis, cäque referunt. Tertio obligat ad actum fidei supernaturalem, quando res fidei proponit, aut de fide quis examinatur. Quarto: index obligatus defendere clericum à perditione si id nolit incidere excommunicationem, canon. si quis standere. At hanc nolito internum quid est. Quinto in Clement. missorium de hereticis. verum excommunicant inquisitores qui odio, vel amore ducti aliquid contra sui munera obligacionem omitunt, vel faciunt. Ad idem referunt excommunications late sub hac conditione, si quis presumperit, si quis ansu temerario, si quis dixerit, vel crediderit, &c. qui sunt conditiones, de quibus Ecclesia constare non potest, cum interior consummatus.

4. Sed contra sententia, feliciter ad incurram censuram non sufficere actum pure inclem verior multo est, vt probauit Tract. 4. de fide. d. sp. 3. n. 3. in princi. Et ultra Doctores ibi latos eam docent Nauar. cap. 23. numer. 38. & cap. 27. numer. 6. & Courru. reg. peccatum. 2. p. numer. 7. Suar. plures referens disp. 4. de censuris. 1. Stephan. Daula. 1. p. dubius. 10. Come. disp. 13. dubius. 8. conclusio. 4. numer. 7. Gaspar Hurtado tract. de censuris difficult. 11. numer. 49. Vafq. 1. 2. disput. 160. Paulus Layman. lib. 1. sum. tract. 5. 1. p. cap. 5. numer. 1. colligitur que aperte ex cap. cogitatio de penitent. disp. 1. ibi, cogitatio non meretur ponam legi cuiuscumque suis termini contenta est, vbi Glosa inquit, non meretur ponam ab homine, focus a Deo. Et cap. de sim. n. a. dicitur dationem procedentem ex animo simoniaico, si hic non prodatur exterius ab Ecclesia non puniri. Ratio videat manifestam Ecclesiam est sensibilis, & visibilis, non igitur potest habere potest in id quod inuisibilis, & insensibilis est, quale est peccatum interior consummatus. Et confirmo peccatum interior, que exterior non prodetur, Ecclesia non potest iudicare, utpote que sibi ignota sunt, ergo neque de illis potest legem ferre. Nam vt inquit D. Thom. 1. quæp. 9. 1. art. 4. de his potest homo legem ferre, de quibus potest iudicare, & licet aliqua peccata, que in actu exterior producent ita sunt occulta, vt Ecclesia non possit de ipsis sententiam specialiter ferre; id tamen est per accidentem: ex se enim manifesta sunt, iudicioque Ecclesia subiecta si quidem sensibilis hominum subiectum, id est Ecclesia ea per generalem sententiam puniri tamet nominatim, & specialiter ea punire nequeat.

5. Fundamentum vero opposita sententia non virget. Admitto namque potestem Ecclesia esse spirituale, sed quia in hominibus inest qui corporales sunt, non extenditur ad res pure spirituales sed quatenus per corporales manifestantur. Secundo respondeo potestem Ecclesia esse spirituale non physicæ, sed moraliter, hoc est esse spirituale, quatenus res pertinentes ad spiritum, & animarum salutem spectat. Ex quo non inferitur respicere debere ea, que sunt physiæ spirituale, vt sunt actus interiori. Ad primam probationem antecedentis dico parentem irritari potest vota filiorum, & superiori vota illorum, qui pleno iure sibi subdantur, quia si subditi superiori, & filii parenti subiecti sunt, integræ, & perfectæ, arque adeo quoad propriam voluntatem, & vim se obliganti, & ratione huius dominij vota irritari possunt. Verum hoc dominum non est sufficiens, vt pater filii, & superior subdiciat præcipere actum pure internum possit, quin minus illud punire; quia id obligationem præcepit, & pater requiritum est, vt aliquo modo actus sit illis cognoscibilis. Addit dispensationem, & irritationem non versari propriæ circa actus interiorum, ipsi enim transuerunt, sed circa obligationem moraliter inde resultantem, & moraliter perfeuerant, quam obligationem nunquam Ecclesia soluit quoniamque sibi manifestetur. Ad secundum absolut Ecclesia à peccatis pure mentalibus, dummodo sibi sunt manifesta. Quando vero ea peccata referunt, non est quia iurisdictionem in ea exercitat, sed potius iurisdictionem circa ipsa negat, scilicet poterat negare iurisdictionem in omnia peccata. Ad tertium, non

obligat Ecclesia ad actum fidei mere internum, sed hæc obligatio ex legi diuina, & naturali prouenit proposita veritate credenda. Ad quantum non defendere cleuem omni est extrema, & sensibus cognoscibilibus. Ad quintum sententia exterior iniusta illorum inquisitorum, qui in ea profecta odio, vel amore duxi fuerunt, punitur. Et licet illa prava intentione cognosci ac Ecclesia non potest, hoc non obstat quia potest actum externum ei coniunctum punire; quia ea commissio solum est conditio ad actum externum puniendum, potest autem in eam conditionem non fatur. Quod non est censuram ad actus interiorum extendere, sed censuram in actus exteriorum latam limitare, & coactare. Poterat enim Ecclesiastern illum actum iniustificare, quomodoconque fieri, posse. Quod vero illum non puniat, nisi quando contingat est cum prava intentione benignitas est, & limitatio sit potestis, & rigor. Ad ultimum respondeo illam partitam vel, si quis dixerit, vel crediderit possum frequenter in decreto intelligentiam esse copulat: hoc est si quis dixerit, arguere crediderit. Si autem intelligatur disunumque præstat humum censum, Si quis dixerit verbis, vel crediderit factis, vel ministeribus, aliquid signis in facie Ecclesiæ manifestis, amabit.

6. Porro non solum debet esse peccatum mortale exnum, sed necessarium est ut sit peccatum specialiter ab Ecclesia prohibitum, alias delinquis non est Ecclesia communis, & inobedientis. Censura autem instituta sum ad mediam consummationem, & inobedientiam Ecclesiæ, vii faciunt omnes. Ergo. Atque ita absent ex communi sententia Suar. in 4. 21. quæp. 1. art. 2. conclusio. 4. Nauar. cap. 27. numer. 9. Suar. disp. 5. 1. art. 1. 2. conclusio. 4. Nauar. cap. 27. numer. 9. Suar. disp. 5. 1. art. 1. 2. conclusio. 4. 2. dubius. 8. conclusio. 6. Layman. lib. 1. sum. tract. 5. par. 1. cap. 5. numer. 2. Stephan. Daula. 2. p. art. 1. 2. dubius. 10. Vafq. de excommunicatis. dubius. 11. Gaspar Hurtado de censuris difficult. 12. numer. 54. Et colligunt aperte ex parte 4. de verborum significatio. Et cap. 1. de sententia excommunicatis. in 6.

7. Quintimo existimo non solum debere esse peccatum mortale ab Ecclesia prohibitum sub communi censura incurvant, vt documentum Suar. Anula. & gld. Paul. Layman. lib. 1. art. 1. & communiter Doctores. Nam censura infligi non potest nisi monitione, ut superius dictum est; alia non est pena medicinalis, vt deciditur cap. 1. de sententia excommunicatis. in 6. Ergo infligi non potest, quia superior moneat de censura incurvante, ergo quia præceptum imponat sub communi censura.

8. Hinc collige censura ferri non posse pro peccato præterito in eius punitionem, sed necessarium ferendam esse pro peccato futuro praecaudato, vel in præteriti satisfactionem, vt dicitur Nauar. cap. 27. numer. 9. Vgl. in de censuris lib. 1. cap. 5. §. 5. Courru. in cap. alma 1. p. 5. numer. 4. & 5. 10. numer. 1. Et seqq. Suar. disp. 4. si d. 5. Conin. disp. 13. dubius. 9. numer. 7. Paul. Layman. lib. 1. art. 1. par. 1. cap. 5. numer. 3. Et colligit ex dicto cap. 1. de sententia excommunicatis. in 6. Nam cum censura ex sua institutione habeat ex se medicinam præcautiam, & coercitum peccati, vt colligit ex toto lib. 5. & 6. decretalibus, tit. de sententia excommunicatis: nequiti pro peccato præterito iniungi. Nam illud, quatenus præteritum est, medea non potest, sed punire.

9. Contrarium huius corollarium docuit Caietan. 2. 2. quæp. 6. art. 2. Alman. de poena. Ecclesia. cap. 10. Cordoba. lib. 1. q. quæp. 27. 5. sed ad exaltationem. Mouentur ex sanctis testibus, in quibus videtur censura ferri pro peccato præterito ex cap. quidam. 5. quæp. 1. vbi Gregor. excommunicatis libelli cuiusdam authorem, nisi se proderet, & malitiam fatetur, illibelli veritatem probaret, ad quod nulla ratione visceretur obligatus, ne se periculo vita exponeret. Secundo ex cap. in quæp. 23. quæp. 4. vbi reprehendit idem Gregor. Episcopus quod in sua causa excommunicationis sententiam tulera pro vindicanda iniuria sibi facta, quam sententiam non certe fuisse nullam. Tertiò ex cap. duo sunt 96. dicit. vbi refutatur novicium excommunicabile Arcadium, & Ambrosius. Theologum ob factum absolute præteritum. Quarto ex cap. Guilielmi 2. 5. q. 4. vbi Silvester Papa anathematizavit eos, qui eum comprehendebant, miferanter in exilium. Quinto ex cap. 1. quæp. 1. vbi Nicolaus Papa duos Episcopos abiecit villa monasterii excommunicatus quod Lothario in suis ceteris fuisse.

Sed haec parum virget, vt a communi sententia recedamus. Quare ad primam respondeo, Gregorius ibi non excommunicasse libelli authorem, nisi se proderet, sed vobis familiis libelli charitatis sub excommunicatione interdixisse, donec se manipulareret, qui ad id videbat obligatus, etiam cum periculo vita, cijm grauissima infamia irrogata aliter deleri non posset. Ad secundum. Episcopus ille non ruit sententiam excommunicationis pro iniuria sibi facta præcisæ, sed ut sibi fieri compotet satisfactio: reprehendit tamen & merito à Pontifice, quod in propria causa per modum sententia, & vindicta sententiam excommunicationis tulera; est enim id alienum à Pastore Ecclesiæ, cui solum in defensionem propriam pertinet gladio excommunicationis vita. Ad tertium. Innocentius excommuni-

excommunicatur Arcadium, & Ambrosius Theodosium nisi resipiscerent, & tamen facinoris satisfactionem exhibuerint, idemque polita satisfactione, statim fuerunt absoluti. Ad quantum Silvius, non tam excommunicatur qui eum comprehenderant, miseranter in exilium, quam declaravit esse excommunicatos. Vel dic excommunicatis; quia in exilio cum detinebant, ut confitatur ex ipso capite. Ad vnum illi Episcopi non excommunicantur in illo texu, sed deponuntur ab officio faciebant; quod ob culpam prateritam fieri potest, cum depositio censura non sit.

10. Deinde peccatum illud externum, ob quod censura contrahenda est, deber esse completum in suo genere secundum proprietatem verborum, quae in precepto, seu lege infingente censuram, concinerunt; quia leges penales stricte & proprie fuisse sunt. Vt ex communione docet Nauarr. lib. 5. *confessio. ut de sententiā excommunicati. conf. 1. 7. num. 2. Suar. disp. 4. fed. 1. num. 7. Aula 1. pars. de confus. dub. 11. & 2. pars. cap. 5. disp. 1. dub. 5. Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 2. num. 5. sub finem. Coninch. disp. 1. 3. dub. 8. corol 7. Colligiturque aperte ex cap. proprio / adiōni. de Ecl. in 6. vbi dicitur eligentes indignū in incursum iuris penas, nisi adeò in eo perirent, quod ex eum votis communis electi subsequerantur.*

11. Hinc oritur quæstio; an censura imposta contra facientes, seu committentes aliquod delictum, comprehendat mandantes seu confidentes committi? Aliquibus nempe Silvestro verbo *excommunicationis 9. num. 7. 9. & Rollelae edem 1. casu 43. num. vii.* placet comprehendat, quia mandans, seu confidens delictum dolente dici potest delictum committere, ut docent multi relati à Paciano trac. crimin. lib. 9. cap. 32. num. 1. num esto illud physice non committat; committit tamen moraliter, & secundum communem estimationem. Et forte ob hanc causam in cap. mulieres de sententiā excommunicati decidunt mandantes electi cum perirent, eadem excommunicatione ligari, qua ligauerunt perentes in cap. 1. *si quis suadens 17. quæst. 4.* & redditur ibi ratio. Cum si committat vere cuius auctoritate, & mandato delictum committi probatur. Et cap. nuper edem in verbo in prim. quidem isti, inquit textus cum facientem, & confidentem per penam constringat. Et regis dannum de Regni iuris in 6. vbi est dannum das, qui iuber damnum dari, & *leg. nibil interest. f. 4. d. leg. Corneliani de Sicarii.* Nihil interest aut textus, an quis occidit, in cauam mortis prebeat. Et *cita quod in dam de ludiis excommunicantur deferentes prohibita ad Saracenos.* Et signifian. s. etiam in 3. declarantur eam excommunicationem incurtere, hoc propria persona, sine per manus deferant. Denique in cap. 1. *Et cap. si concilia in de sententiā excommunicati excommunicantur participantēs in crimen crimino cum excommunicato.* At mandans & confidens fieri delictum, cui est annexa excommunicatione participare in crimen, ob quod incurrit excommunicatione illud admittens. Eigo.

12. Nihilominus longe probabilius est, censuram latam aduersos committentes aliquod delictum non afficerre mandantem, seu confidentem, nisi alii unde in lege, seu precepto exprimitur. Sic docuit Silvest. sibi contrarius locutus de excommunicatione, verbo *excommunicatio vlt. quæst. 4. dict. 3. Caiet. videlicet paulo post prius. Armilla num. 2. Taberna 5. casu 49. num. vii. Nauarr. ap. 27. num. 5. 1. Metina lib. 1. sum. cap. 11. §. 2. in p. 1. Henric. lib. 13. de excommunicati. cap. 17. num. 1. & cap. 2. 1. num. 1. Bartolom. de Ledeim de excommunicati. dub. 6. & generaliter omnibus censuris id docent Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 9. num. 2. Rigid. ap. 1. 4. n. 188. Aula 1. pars. cap. 5. disp. 1. dub. 1. Gaspar Hurtado tract. de censur. difficult. 14. num. 5. & ali. Mowor; quia leges imponentes censuram, vnde odioso, & penales sunt lumina sunt: ut mandans & confidens delictum proprium, & in rege dici nequit illud delictum facere, ut docet Bart. leg. *si quis pro emptore a num. 56. ff. de l'Inquisition. 8c metias leg. sed si vnius & seruus num. 2. ff. de iniuris. Iason. leg. si quis id. num. 1. ff. de iuri. dict. omni. in die. Iulius Clarus lib. 1. r. 1. ff. in qua. 89. & ali plures quos referunt, & sequuntur Pagan. datus. crim. lib. 9. cap. 32. num. 2.* Et concinnit ex eo quod mandatum, & confidens præcedunt factum, & ad ipsum perpetrandum diriguntur, illiusque sunt causæ morales. Non ignis sub facto comprehendit, tamen arceps ita vt diuersa, & distincta ponuntur in *cita quis videtur 50. dict.* ideoque ius cum censuram proferre intendit non solùm aduersos facientes, sed confidentes, sed mandantes id explicat, ut pater in *cav. felicis de Pavia. & Clem. si quis quis nr. 1. edem nr. 1. & ex pluribus excommunicationibus Bullæ eccl.**

13. Temperat autem Sanch. d. ap. 48. num. 4. circa finem. *E. Rigid. ap. 1. 4. dub. 1. 5. num. 1. & 8. ne supradicta doctrina locum habeat, cum lex redderetur ferme inutili, & fructuaria, nisi mandantes comprehendenter, que fuit doctrina Glosse finalis ap. 1. de iuri. in 6. Felini c. translat. 2. num. 1. vñ. 1. versio nota de constitutionib. Et aliorum, quos referunt, & sequuntur Comarrua. 3. vñ. 1. cap. 3. 9. colligiturque ex ap. si iuria ut lemnaria excommunicari, in 5. vbi declaratur interdictum generale cunctis extendi ad suburbia, ne ientencia illa interdicti fructaretur, nam (vñque textus) licet predicta suburbia videantur alias mu-*

torum ambitu terminari, hoc tamen casu ne vilipendi valeat sententia interdicti, expedit interpretationem fieri latiorem. Et non tandem est verbum *interpretationem*, quod indicat non nouam legem constituit, sed interpretationem fieri constituta

14. Neque obstat opposita fundamenta: Fator namque mandantem, & confidentem absolutè dici delictum committere, sed non proprio, & rigoroso sensu, enim non mortalem factioinem, sed physicam requirit. Vt colligitur tum ex supradictis, tum ex cap. vi *fana in fine de sententiā excommunicati.* ibi: cum hoc non ipsi, sed illi quorum auctoritate id faciunt facere videantur. Nam verbum *videantur* non proprietatem, sed fictionem importat, *luxa Glosse leg. Nemo s. si de restitutionib. in integrum, verbo politetur.* Et ibi Bart. num. unio Tum ex cap. 2. de lexicis pagi. nub. in duello, vbi pugil vero homicida dicitur, non autem mandans. Ad textum *in c. mulieres* respondet mandante vero committere in legem prohibentem percussioem, non tamen vero perirent, idemque sub lege statuente censuram percutientibus non comprehendendi. Ut vero comprehendere ut necesse fuit noua illa lex & decretum d. ap. 1. *Mulieres.* Ad textum *in cap. Nuper*, die intelligendum esse non de eadem pena secundum proprietatem, sed secundum similitudinem, cum conscientes in legem vero delinquant. Eodem modo respondet ad *regis dannum.* Et ad *leg. nibil interest*, fieri quidem delictum a mandante, vel consiliente interpretatione, & moraliter, & secundum communem estimationem, sed non physice, & propriè, vt latius dixit Pacian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 32. num. 2.* Ad *t. xtum in cap. 1. a quorundam, & cap. significavit, respondet excommunicationem latam aduersus defensores armis. Saracenis extendi ad eos qui interposita personas ea armis defenserint: non quia idem sit defere per se, vel per interpositam personam, ut benè aduerterit Nauarr. c. 27. num. 5. sed ne lex penaliter fructuaria redderetur, ob quam cautam de uno cau ad alium extendit, vt late probauit *tractat. de legib. disput. 5. pun. 3. in cap. nuper, & cap. si concubina.* respondet excommunicari particeps cum excommunicato postquam incidit in excommunicationem, & declaratus est: scis qui cum illo ante excommunicationem incurram participant.*

15. Sed quid si mandatum, vel consilium revocanti, antequam mandatarius, vel consilarius mandatum, vel consilium exequenter, incurrit in censuram latam aduersus mandantem, vel confidentem? Certum est, si mandatum, vel consilium revocanti efficaciter, ita ut causa moralis opere prudenter presumi non possint, ut liberum esse à censura; quia in tantum mandatum, vel consilium puenter censura, quatenus in delictum influunt, illiusque sunt cau. Econtra vero, si mandatum, vel consilium facte revocanti, censuram non effugis; quia vero in delictum influit, & illius es causa moralis, & in his ferè omnes Doctores conuenient. Quocirca difficultas est, an incidat in censuram latam aduersus mandantem, vel confidentem, si revocares mandatum, vel consilium quantum posse, cum tamen de facto non revocentur, vel quia mandati, seu consilii revocationem notam facere mandatario, seu consilario non potuisti; vel quia rationes allatae ad revocandum consilium inefficas fuerint: Affirhat Coninch. *disp. 14. dub. 1. conclusi. 3. num. 183.* & alii relati à Suar. *dis. 4. fed. 3. num. 7. Mouen. tur.* quia haec censura late sunt aduersus eos, quotum consilio, vel mandato factis est perpetratum, sicuti in presenti concurrit. Neque obest quod mandati, vel consilii non penitenti; si quidem penitentia efficaciam mandati, vel consilii non sufficit, alii mandans, vel consilium homicidium, ex quo mandato, vel consilii homicidium fieri, vitare irregularitatem, & obligari nem est tenet, si ante factum penitentia.

Sed rectius contrarium docuerunt Innocent. in *cap. mulieres de sententiā ex. omni.* Taberna *excommunicationis 5. casu 1. numer. 1. 35. Stephan. Daula 2. part. de censur. dis. 3. dub. 7. Gaspar Hurtado de censuris dis. 1. 1. num. 8. co quod ea ē revocatione, & penitentia poena non causa culpabilitatis opus medio mandato, & consilio date, sed omnino inculpabilitas, cum culpa praetermissa delata sit. Ergo non incurrit censuram, quia vt pote penitentia medicinalis, solum afficeret actu delinqüentes inobedientes, & rebelleris, non vero eos qui ab inobedientia rebellioni, delicto que recesserunt. Secus vero est de peccato irregularitatis, & de obligatione restituendi, que ob delictum prætermissum actu innocentem efficeret possunt.*

16. Ad extreum aduersi delinqüentem aduersus præceptum sub censura impositum regulariter non duplex peccatum, sed unum tantum committere, quale committere si res illa secula censura prohiberetur, v.g. prohibuit est furum sub excommunicatione non ex alio motivo quam iustitia futuri; peccatum tantum iniustitiae committit; quia solam iniustitiam iudicis. Nam estō Ecclesia nobedias; et inobedientia non committit speciale malitiam, sed in iniustitia imbibitur, ut docuit Cordob. in *sum. quæst. 11. Stephan. Daula 2. part. de censur. cap. 5. disput. 1. dub. 11. Paul. Layman. lib. 1. sum. tractat. 5. part. 1. cap. 5. numer. 1. vers. nota Gaspar Hurtado tract. de censur. dis. 17. num. 7. 3.*

P V N C T V M VIII.

Quibus ex causis à censura incurrenda
excuseris.

1. Excusaris, si deficit ex parte forentis potestas, que per appellationem suspendi potest.
2. Hac appellatio interponi potest ante tempus signatum censure incursioni.
3. Ut appellatio hunc effectum suspendendi censuram habeat, debet esse legitima.
4. Item debet incursionem procedere.
5. Secundo ex usari à censura incurrenda ex consensu illius, in cuius favorem lata est.
6. Transacto termino à creditore prorogato in censuram incidis; tamen si alij contrarium censem.
7. Excusaris à censura si illius ignorantiam habes.
8. Stante dubio iuri, vel facti post debitum diligentiam non es reputandus censura ligatus.
9. Apponitur quadam limitatio pro obsinenda Ecclesiastica dignitate.
10. Excusaris à censura, ratione grauius metus.
11. Si sub censura tibi interdicatur quod alias iure naturali & prohibiti, negare, aliqui te excusari à censura ratione metus. sed oppositus verius est.
12. Excusaris à censura si innocens sis.
13. Affirmant plures si in foro externo proberis nocens ligari censura.
14. Alij oppositus censent.
15. Quæsito sub distinctione resolutur.
16. Obligatio, quam habes abstinenti in publico ab actibus per censuram prohibitis, cum censura ligatus non es, ex iure naturali provenit.
17. Satisfi argumens num. 13. adductis.
18. Alia est censura valida, alia invalida, alia iusta, alia iniusta, & qua ha sunt.

Varia sunt cause, ex quibus à censura incurrenda excusari potes. Prima & præcipua, si ex parte forentis censuram deficit iurisdictio ante illius incusionem: quod contingere potest, si remouetur ab officio, vel alio modo efficer eius potestas. Cessare autem communiter solet per interpositam appellationem legitimam, ut constat ex cap. ad presentiam 16. Et cap. Pastoralis 53. de appellationib. Et cap. licet 14. de sententia excommunicatis. in 6. Quia ea est via appellationis, vt causa saufa à iudice, à quo appellatum est, eximatur, & ad superiorum illius deuoluat. Quando igitur appellatio hunc duplex effectum habet suspensionem feliciter, & deuolutum impedit omnino censuram: quia deficit in forenti potestas, vt dicitur in cap. si à iudice. 10. de appellationib. Cap. per tuas de sententia excommunicatis. Secus vero effet si solum effectum deuolutum habetur, vt sepe contingit: quia eo causa cum non suspendatur iurisdictio iudicis à quo, ligari optimè potes non obstante appellatione.

*. Hac autem appellatio interponi debet ante tempus signatum censura incursioni, tòdique illo tempore interponi potest: quia ante illud tempus suspendere valet eius execu-
tio. Cui non obstat ista statutum appellationem interponendam esse intra decem dies à sententia lata: qui intelligitur de sententia abolitura, & pñnam simpliciter infligente, scilicet vero de sententia pendente à conditione, vt norarunt Henr. lib. 1. b. 13. cap. 16. Couarru cap. alma mater, 1. p. 5. 10. Suar. disp. 3. de censuris, sect. 8. Galp. Hurtado de censur. difficult. 25. num. 107.

3. Ut vero appellatio hunc effectum suspendendi censuram habeat, debet esse legitima, id est, ex rationibus causa facta: alias ut inutilis, & frivoila repellenda est, neque excusat censuram nisi forte index sua voluntate appellationem admittat. Ut bene aduerter Suar. disp. 3. de censur. sect. 6. num. 3. Aula 2. p. de censur. cap. 1. disp. 5. dub. 12. Hurtado difficult. 25. num. 109. Quod si interpolata appellatione arbitrio appellantis legitima, index repulsa appellatione vt frivoila in causa prosequatur, in foro exteriori censura ligatus conserberis, quoque ut index appellatione declarer, appellationem legitimam fuisse. In foro tamen conscientia à censura excusaris eris, & ab irregularitate, effo illo intermedio tempore celebraturis, vt colligunt ex c. ad presentiam nostram de appellationib. Et ibi Glosa. & cap. solet. vers. in officio de sententia excommunicatis. in 6. Aula dictio dub. 12. Layman lib. 1. sum. tract. 6. par. 1. cap. 6. num. 2. vers. quares.

4. Item debet appellatio illius incusionem precedere, vt censuram suspendat: nam ea incensa sola absolutione tolli potest, sed non appellatione suspendi, vt colligunt ex cap. præterea. Et cap. pastoralis de appellationib. Ex cap. Ad reprimendam de officio iudicis ordinarii. Et cap. is cui de sententia excommunicatis. in 6. Quinquo neque ea appellatio vim habet suspendendi censura incensa declarationem, vt dictum est dicto cap. pastoralis quia denunciatio est quid accessoriū censur. Quod intelligi-

gendum est quando nulla tergiuersatione celari potest censuram incursum esse. Nam si dubium aliquod sit, & appellans non obstante sententia declaratoria iudicis alleget, vel noui commissi delictum, vel non ea conditione, vt censuram contraxerit, sententiam censuram declaratam suspendit, vt docuit Glosa in cap. cypriente 5. quod si per viginti, verbo priuatum de electione. in 6. Nauart. lib. 5. consil. tit. de sententia excommunicatis. cap. 6. 2. edit. A util. 2. cap. 5. disp. 5. d. b. 11. Hurtado difficult. 25. in fine. Quod vero ibi Gaspar Hurtado subiungit, sumpcionem à beneficio, & ab aliis (extra suspensionem ab officio, & ab ingressu Ecclesie) per sequentem appellationem suspendi, non videtur firmum. Nam esto in cap. is cui de sententia excommunicatis. in 6. solum dictum sit sumpcionem ab officio, & ingressu Ecclesie per sequentem appellationem non impediri censuram trahit executionem à beneficio, non inde inferendum est suspensionem à beneficio impedit per sequentem appellationem; argumentum numero que negatiuum inefficax est in iure, & maxime cum contrarium ex aliis textibus colligatur. Textus enim in cap. Pastoralis decidens per sequentem appellationem non impediri censuram excommunicationis mouetur; quia ea censura secum trahit executionem vt ibidem dicitur. Sed hec ratio in omnibus censuris procedit, ergo nulla censura post illius incusionem suspendi potest per sequentem appellationem. Item nulla est specialis ratio quia appellatio sequens suu pendat suspensionem ab officio, & ingressu Ecclesie. Ergo in omnibus censuris idem est dicendum per subsequentem appellationem impediti non posse, sicut reliqui alii Doctores tradidunt.

